

men negabit inde Paulum dæmonas illos malos spiritus statuisse, cum etiam v. 19. ab iis *idola* s. deastros probe distinguat. Neque loca quæ *Knato*bull in 1. Tim. IV, 1 allegat ex LXX. Interpp. negant, illos quoque *dæmonia* pro idolis ponendo *diabolos* significasse. d) *De Prepar. Evang. L. IV. c. 3.* e) *Ad Hesiodum.* f) *Advers. hæreses L. V. c. 24.* g) *Hæresi LXIV. p. 544.* conf. Athenagoras in *Legatione pro Christianis.* h) *Collatione Patrum VII. c. 17.*

§. III.

Qualiscunque vero malignorum istorum Spirituum *Theologia* veritas, ipsos Theologicæ etiam cuicunque notitiæ sive aptos *dæmonum* sive studiosos sive ea instructos magis aliis alios facile ostendit. *homonymia.* Triplici autem potissimum ratione THEOLOGIA DÆMONUM dici potest. Aut enim denotat peculiarissimam diabolo & angelis ejus scientiam de DEO & rebus Divinis, quam ii *ex propriis* suis fingunt. Quam, cum quæ ex propriis loquuntur, mendacium existant, *falsam*, κακίαν ἀδίδακτον & αὐτοδίδακτον, ἀντιθεολογίαν, & *fecundam* omnis ἀθεολογίας *matrem* ex rei veritate appellat, *Celeb. Danus, Sev. Lintrupius a*). Aut signat *veram* illorum scientiam de DEO rebusque Divinis *ipso*met *dæmones* attingentibus & attingentibus, forinsecus ipsis quomodocunque advenientem. Aut denique notat DEI Divinarumque rerum *ad hominem* ejusque *salutem* spectantium sive *mysteriorum* *Gratia* scientiam, quatenus ea in diabolis reperitur aut existere possit. De Theologia Dæmonum in prima acceptione agere, infiniti res laboris esset, cum, uti veritas una est atque simplex, ita infinitiformis existat pravitas ac mendacium. At ut mendacium dignoscas, non necesse est callere antea mendacium, sed sufficit veritatem una & fallacem mendacis animum ac hypocrisin perspectam habere. De dæmonum ergo Theologia isthoc sensu sermo nobis nunc non existit. Notitia articulorum doctrinæ Divinæ dæmones ipsos attingentium, v. g. de DEO justo iudice, de Creatione, de angelis bonis iis resistentibus, de imagine Dei amissa, de homine seducto, de ipsorummet defectione, de Christo vindice, de morte, de extremo iudicio &c, nec ipsa quidem